PROŒMIVM

OBſeruatum eſt à noſtri ſeculi geometris mathematicam ab antiquis malè fuiſſe diuiſam in geometriam, arithmeticam, &c, ſed potius in vniuerſalem & particularem: Matheſeos pars vniuerſalis tractat de proportione in communi abſtrahendo ab omni quantitatis ſpecie, quæ communiter (etiamſi fortaſſis abuſivè) geometria appellatur, cui affinis eſt recentiorum analytica: matheſeos pars particularis diuiditur; in geometriam propriè ſic dictam, quæ nihil aliud eſt niſi matheſeos pars vniuerſalis figuræ reſtricta; in arithmeticam, quæ eadem eſt matheſis vniuerſalis numero, et ſtaticam, quæ eadem eſt motui reſtricta, &c. ego (ni fallor) idem video in geometria: cum enim obſervarem generaliſſimos analyſeos canones omni problemati inſervire, dummodo poſsibile ſit illos applicare, & analyſem nihil aliud eſſe niſi examinationem quantitatum ignotarum, donec tandem reducantur ad æquationes cum quantitatibus cognitis; cogitabam analyſeos defectum (quæ præcipuè apparet in menſuratione